

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

Liber 17

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Titulū incorruptam cum fructibus et omni  
causa, l. 1. ff. de re iud. c. 15. ff. h. Contraria de-  
positario, qui quavis tempore ab officio  
suo liberari potest /: nisi tempus pacto  
sit adjectum /: contra deponentem, ut reci-  
piat rem, et quidquid depositario ratio-  
ne sumptuum, vel ex alia alia causa abest,  
praestet; arg. l. 11. C. h.

Solent hū Civilista de sequestratione  
agi, Canonista verò specialē habent  
titulū in iur. Can. l. 2. d. 17. quē vide.

Lib. 17

### Liber 17

#### Tit. 1.

#### Mandati vel contra

Q. 1. Quid sit mandatum? R. est con-  
tractus, quo alienum negotium honestum ge-  
rendum sine expediendum alicui rogato atq;  
mercede specialiter committitur; ut iam diximus  
in inst. l. 3. h. t.

Q. 2. Quotuplex sit mandatum? R. duplex,  
judiciale de quo in iur. Can. <sup>agens</sup> dicitur de procu-  
ratoribus. et extrajudiciale, quod primum de-  
finimus. atq; tam per verba, quam per episto-  
lam vel nuntium contrahi potest.

Q. 3. Quid dicendum de causis mandatis?

R. Causa efficiens mandati remota est jus gen-  
tium, proxima vero est consensus contrahentium,  
hoc est, mandantis et mandataris l. 6. ff. h.

Materiae sine obiectu sunt negotia honesta  
et licita d. l. 5. 33. Forma mandati est,  
ut gratis suscipiatur, quoniam mandatum  
ex amicitia ortur l. 1. ff. ult. ff. h. Finis  
est, ut quibus rebus homo ipse superesse non  
q. circa qua

Lib. 19.

non possunt, has per amicos efficiendas curat.

Q. 4. Quot quis sit effectus mandati? R.  
duplex est. 1. <sup>mutua</sup> est obligatio mutua inter  
mandantem et mandatarium, quae ex parte  
mandatarii, origit, ut is susceptum mandatum  
perficiat l. 22. ff. h. ex parte autem man-  
datoris, ut indemne seruet mandatarium, ne  
ex suo officio afficiatur damno. 2. <sup>duo</sup> effectus  
est actus mandati directa et contraria  
de qua iam diximus <sup>in</sup> iust. De hoc lib.

Q. 5. Quamnam culpam praestat Mandatarius?  
R. regulariter culpam leuem, non leuissimam,  
~~negotiorum~~ l. 21. C. h. f. neg enim est, quod  
duriozem mandatario conditionem imponam  
quam negotiorum gestor. vid. l. 20. C.  
de A. G. Negot. gestis

Dicas: l. 13. C. h. dicitur omne culpam praes-  
tanda esse. R. <sup>del. Bejer.</sup> hinc quod culpa leuissima  
ex stylo juris Romani rarissime culpa no-  
mine veniat; hinc culpam solum leuam aut leuem  
hinc intelligi debere: deinde ait, quod le-  
ges codicum plerumque oratorie magis quam  
technice loquantur. R. <sup>del. Widmond.</sup> quod  
haec lex intelligi debeat de ea re manda-  
ta, quae exigit diligentiam exactissimam, quo-  
casu mandatario ad leuissimam culpam adstrin-  
gitur arg. l. 25. ff. local.

Q. 6. si mandatarius ex casu fortuito  
et improviso damnum incurrat. v.g. dum in uia  
constitutus est ad mandatum implendum, spoliatur  
a latronibus, an eiusmodi ablata a manda-  
to <sup>refundi</sup> debeant? R. Neg. per text. in l. 26.  
de <sup>repen</sup> queant. <sup>gloss.</sup> ff. h.  
S. non omnia et ibidem gloss. ff. h.

9. <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>partinentia</sup> ~~partinentia~~ Ceterum plura ~~videri~~ possunt in iust. h. l.

Widmond.  
hinc n. 54

Dices: officium sui nemini debet esse damno-  
sum. <sup>arg. R.</sup> Hanc regulam solum locum ha-  
bere, cum damnum resultat ex ipso officio, non  
vero, quando damnum aliunde v.g. ex casu fortui-  
to accidit. Si tamen damnum procipe ex occa-  
sione mandati accidisset ita ut alij mandata-  
rius illud <sup>non</sup> passus fuisset, videtur, quod mandator  
ex aquitate damnum refarcire debeat. Widm.  
huc n. 37. 57

Lib. 17. 54

Ceterum plura huc pertinentia videri pos-  
sunt in just. h. t.

Tit. 2.

### Pro Socio

Hunc titulum iam prosecuti sumus in just.  
l. 3. §. 26. pauca nonnulla tamen adhuc  
superfunt dilucidanda. Itaq.

Q. 1. Qua sint causa societatis? R.  
Causa efficiens societatis duplex est proxima et  
remota; Remota est jus gentium, proxima sunt  
contrahentes socii. \* Obiectum sive causa materialis \*  
sunt sunt res et opera, ac res quidem omnes  
qua existunt in commercio humano, l. 63. §. ult.  
ff. h. opera vero honesta duntaxat, ut l. 57 ff. h.  
\* Causa formalis seu forma habetur ex mutuo \*  
consensu super rebus vel operis ad commune lucrum  
conferendis. \* Effectus est duplex proximus et \*  
remotus. Proximus est obligatio sociorum ad  
res vel operas in commune conferendas, ad commu-  
nicanda lucra et damna ad refarcienda damna  
dolo vel culpa societati illata, ad refundendas \*  
pro parte sua impensas. \* effectus societatis \*  
remotus est actio pro socio, qua definitur, quod  
sit actio personalis, qua socius agit adversus  
socium, ut quod ex causa societatis praestari equum  
est, praestetur. Interdum famosa est, si dolo a so-  
cio commissus fuerit l. 1. ff. de his qui not. infam.

beneficium comae-  
tentia facit, ut n  
condemnetur conven-  
tus, quia in id quod  
comode facere potest  
habita, sicut: ratione  
na ipse cogit.

et cum sit rei persentoria datur socio et ejus hære-  
dibus contra socium et ejus heredes. *Inst. ad  
effectum societatis proximum forticatur.*

Q. 2. Si socius hac actione conveniatur nū  
gaudeat beneficio competentia? R. affirm. sal-  
tem quo ad socium universorum bonorum l. 16 ff. de  
re jud. sed controversum est an idem obtineat in  
socio unius rei? affirmat Ulpianus in l. 63.  
pr. ff. h. sed videtur idem negare in d. l. 16 ff.  
de re jud. Nos dicimus eum Harp. ad 5. 38. just.  
de act. n. 24. idem obtinere in socio unius rei, sed  
cum hac differentia, quod socio omnium bonorum  
beneficium hoc indistincte competat, socio unius rei  
ita tamen, si actione pro socio conveniatur

Q. 3. Cum quibus personis iste societatis con-  
tractus iniiri possit? R. cum omnibus illis, qui  
contrahere possunt, hinc ut vides excipiuntur  
pupilli, minores, absq. tutorum vel curatorum  
authoritate. Propterea si frater majoris  
possidisset cum fratre suo minore heredi-  
tatem indivisa, et negotiando quodammodo soci-  
tate societatem contraxisset, fratrem suum minorem  
tamen in hoc contractu non efficaciter obli-  
garet l. 33 ff. h. Licet frater majoris lu-  
crum negotiando acquisitum cum minore  
participare tenetur, eo quod contractus ex par-  
te minoris claudicare possit. l. 9 ff. de au-  
thor. Tut.

Q. 4. Vtrum cum clericis saecularibus iste  
contractus recte inest? R. cum in hoc socie-  
tatis contractu etiam contingat, unum duntaxat  
negotium, alterum vero quiescere, hinc est, quod  
cum clericis ad participandum lucrum et damnum  
recte contrahatur. Nec obstant ff. Canones,  
qui prohibent clericis negotiationem, ne à divinis  
avocentur, nam ipse clericus quiescere potest, et so-  
cius ejus commercia tractare potest, quo casu à di-  
vinis non avocabitur.

2.5. Si unus pecunias, alter vero operas con-  
tulisset, an pecunia postmodum casu amissa  
periculum utriusque sociis commune sit? R. Damnum  
pecuniae amissae cedet tantummodo ipsi conferenti.  
Bart. et Bald. ad l. 1 C. h. l. Ratio est, quia  
societatis natura desiderat aequalitatem, quod  
si autem praeter operam et industriam deberet  
pari modo contribuere pro portione amissae  
pecuniae, tunc amitteret pecuniam et operas  
simul, ergo dupliciter afficeretur damno, contra  
verum conferens amitteret solum partem pecu-  
niae, et sic resultaret inaequalitas. Con-  
traria tamen opinio videtur Fach. l. 2. cont.  
c. 99.

2.6. An socius re communi altero sociis invito  
uti queat? R. vel utitur socius re communi  
ad eum usum, ad quem destinata est, et tunc  
altero invito et repugnante, uti non potest:  
v. g. sunt duo socii habentes aedes communes  
et pro indiviso possidentes, si unus eorum  
illam inhabitet, nullam pensionem persolvat  
socio suo, cum utatur re communi ad usum  
destinatum. Gloss. in l. Sabinus, 28 verb.  
constat ff. commun. divid. Vel socius utitur  
re communi ad alium usum, quam ad quem des-  
tinata est, et tunc altero invito uti nequit,  
cum eo quod hic procedat haec regula, quod  
in re communi melior sit conditio prohibentis  
l. Sabinus ff. h. tit.

2.7. Si duobus Dominis, ut pote sociis, com-  
mune sit imperium territorii sive castri  
cujusdam, et unus adversus alterum committat  
delictum, an socius socium delinquentem  
punire queat? R. Non, quia par in pare  
nullum habet imperium; proinde superior aequi-  
vander erit.

Lib. 17. 55